Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29561
Copyright: Innsbruck, Universitäts- und Landesbibliothek Tirol (ULBT)

gütten wird nunmehro zu ergestelt, damit
sich der nachfolgende Revers geben.

Gnadbrief des Revers

In Christi nomine amen. Universis
et singulis, ad quos presens scriptura per-
venerit, tenore presentium profitemur, quod
Ego Antonius d'Arco, Tridentina Diocesis
una cum omnibus heredibus et Successoribus
meis nunc et in perpetuum ex certâ scientia
et animo deliberato solenniter promisi cor-
porali juramento ad sancta Dei Evangelia,
et pontes juravi Nobilissimæ et Inclytæ Do-
minæ Margarethæ Marchionissæ p. Dec
non Eius heredibus et Successoribus fidelis
esse, et legalis, et puram et veram legalita-
tem Eidem predictæ Dominæ p. nec non Eius
heredibus et Successoribus, et Dominio Tyro-
lensi servare, et per omnia obtemperare,
ipsamqs Dominam p. et Eius heredes, et jura
et honores ipsius Domûs, et Dominij Tyrolen-
sis pro posse meo fideliter adjuvare, et nulla-
tenus quidquam, quod vergat in detrimentu
vel damnum dictæ Dominæ Marchionissæ,
et Suorum heredum, et Domûs vel Dominij
Tyrolensis, per me, vel per alios perpetrare,
consentire, vel in aliquo facere, vel machinari.
Imo predictæ Dominæ, et Eius heredibus, et
Dominio Tyrolensis cum omnibus Castris et
Castellanis, villis, nec non totis Juribus
meis puram et veram fidelitatem servare
contra omnem mundi hominem, ut superius
est expressum. Datum ut supra.